



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.  
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],  
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1553**

**VD16 B 9605**

Liber II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35634**

Totum opus in sex partiti sumus libros. At primo Cap. 1. 2.  
 hoc, quo quinque priora exponimus capita, tractamus  
 discessum Christi, & ecclesiæ primordia: nempe quo-  
 modo Apostoli promissum patris expectantes, spiritum  
 acceperint, huius auspicijs & robore ecclesiâ congre-  
 garint, quid & quomodo Christi testimonium dederint  
 ac ueram religionem predicarint, quomodo ecclesiam  
 hanc nouam Christi sponsam Christo initiarint, institue-  
 rent, duxerint, quibus imbuerint ritibus, quibus deniq;  
 studijs intenti uicerint tot minas & aduersiorū artes.  
 Hic uidere est, qui sint impiorū mores, quæ sutela, quæ  
 sanctorum patientia & uictoria.

## L I B E R II.

HACTENVS primitiæ ecclesiæ ortum, in-  
 fantiam, & quibus creuerit auctib; enarrau-  
 mus: quæ nunc sequuntur peculiaria ferme sunt de cer-  
 tis quibusdam maximisq; ædita uiris. Primum enim se Cap. 6.  
 offert D. Stephani historia, graphice depingens, quan-  
 tus ille fuerit in asserenda ueritate, & quam constanter  
 occubuerit pro nomine Christi. Sequentur Philippi dia- Cap. 8.  
 co iusta, quæ ille magna quidem felicitate in Samaria  
 cœpit, & cum Aerario Candaces reginæ, & in urbi-  
 bus maritimis multo felicissime absolvit. Ab his tracta-

## HISTOR. ACT. APOST.

Cap. 9.

bitur admirabilis Pauli ad apostolatū conuersio. Postremo exponentur multa Petri præclara facinora, et quæ in urbibus maritimis, et quæ cū Cornelio Centurione, deniq; in uinculis quoq; Herodianis designauit. Quo loco et Iacobi apostoli interitus, Vocatio item gentium, Antiochenæ ecclesiæ ortus et incrementa, nec non et totius orbis famæ describetur. Hæc enim omnia in unum librum coniungere placuit.

Cap. 10  
et 11.

## L I B E R III.

**A**bsoluimus gesta Stephani, Philippi et Petri, uaria ac peculiaria quidē illa, Pauli quoq; nonnulla, adeoq; peregrinationem huius primam. Descendimus ergo ad secundam, et ad ea quæ cum Barnaba communia habet. Prima fuit qua à Damasco elapsus abiit in Arabiam, triennio autem exacto redijt Hierosolymam, et ab hac iterum Cæsaream profectus, in Tarsum Cilicie soluit, unde à Barnaba reuocatus Antiochiae Christum prædicauit: atq; ab hac rursus una cum Barnaba subsidij conferendi gratia Hierosolymam ablegatus, Antiochiam tandem redijt. Secunda iam tractabitur. In hac audiemus quomodo spiritus sancti auspicijs una cum Barnaba procul ad gentes missus, appulerit Cyprum, atq; in hac Sergium Paulum virum primarium,

Cap. 12.